

*Accurata et diligenter revisa et correcta
A. D. Lucae Elzevirii 1638.*

De la Libreria

IVSTI LIPSI

MANVDVCTIONIS

A D S T O I C A M

PHILOSOPHIAM

LIBRI TRES:

L. ANNAEO SENECAE, aliisque
scriptoribus illustrandis.

Editio secunda, atque ab ultimâ Auctoris manu.



ANTVERPIÆ,

EX OFFICINA PLANTINIANA,

Apud Ioannem Moretum.

M. DC. X.

Cum Privilegiis Casareo & duorum Regum.

AD ILL^{MVM} ET EXCELL^{MVM}

PRINCIPEM

D. IOANNEM FERDINANDVM

VELASQVIVM

COMITEM-STABVLI REGNORVM

CASTELLÆ ET LEGIONIS,

DUCEM FRIASII,

COMITEM HARL

MANVDVCTIONEM meam

facere vides, quod ego

nuper feci, Ill^{mc} Princeps,

id est ad te venire. Vt

que meritò. ego, vt ad-

uentum in hæc loca & afflictã patriam

gratularer, tuis etiam consiliis erigen-

dam; itémque gratias agerem, pro beni-

uolentiã quã me iampridem eximiã qua-

dam honestaffes. Facit vtrumque hoc

idem *Manuductio*: & causas easdem ha-

bet. An non & alteram magis pro-

priam?

I. LIPSI
 MANVDVCTIONIS
 AD STOICAM
 PHILOSOPHIAM
 LIBRI PRIMI

DISSERTATIO PRIMA.

Adhortatio ad Philosophiam omni etati aptam & utilem: & liberales scientias non tanti videri.

LIPSIUS. Nam quâ causâ tristiores te, & fimbriatâ quâdam fronte video? AUDITOR. Causâ quidem apertâ. patrię pericula, an ruinas, solus ignoras? LIPS. Deus auertet, aut sistet: quid tamen ad te propriè? AUD. In vnâ sum nauis. LIPS. Velim istâ. AUD. Quâ? LIPS. Sapientiæ, quam tracto. AUD. Vidêris mihi in libris esse, & sic soles. LIPS. Non semper in istis seriis, & voueam olim magis fuisse. AUD. Qui isti igitur? LIPS. *Anneum Senecam agnoscis, magnum inter magnos virum.* AUD. Sepè à te sic audio. sed nunc quidem sepono, vel ipso te auctore. LIPS. Mene? defugio. AUD. Nam flos æui me habet, & in eo atmœniora igitur hæc studia, & velut florida, tractamus: grauiorum adhuc expertes. Fallor, aut monuisti. LIPS. Illa tractare te monui, fateor: hæc seponere, non monui, & non ab illis tantùm, sed cum illis, curare. Vis me verum dicere? Philosophiæ amor & notitia aliqua etiam adolescentiẽ addiscenda est: neque vlla etas ei immatura. Vetus æuum si respicis, à pueritiâ huc ducebantur: & omitto alia monita, audi istud ab otij ipsius Magistro. *Μίτη νέος τις οὐ φιλοσοφῆν μάλλιστα, μήτε γέρον ὑπάρχων κοπιᾶται. Οὐτε γὰρ ἀσπ. οὐδέ τις ἄσπ., οὐτε πάλαιος, πρὸς τὸ κτ. φυλιὼ ὑμαίνου.* *Neque iuuenis aliquis*

A diffe-